



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118650

§. 21. Hæ censuræ multis minus probatæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

Lovaniensis Facultas adhibebat: porro illam Estius jussu Joannis Hauchini Mechliniensis Archiepiscopi, Ludovici Barlemontii Cameracensis Archiepiscopi, & Guilielmi Lindani Gandavensis Antistitis adornabat: præprimis vero Facultas primas tres propositiones de sacra Scriptura tanquam temerarias, atque ad sacrorum Codicum a Spiritu sancto dictatorum dignitatem, Majestatemque in contemptum adducendam natas damnabat, Lessique opiniones non modo sanctorum Irenæi, & Gregorii Papæ, sed etiam Gregorii de Valentia, & Francisci Costeri duorum Societatis Theologorum auctoritate impugnabat. Postea ad ceteras propositiones de Prædestinatione, & reprobatione transiens censuras tam sermonis ubertate, quam rationum gravitate magis amplas, quam Lovaniensium erant, cuilibet propositioni annectebat, præcipue vero sancti Augustini testimoniis insistebat.

Sæcul. XVI.
A.C. 1587.

§. XXI.

Hæ censuræ multis minus probatæ.

Jam jam Mechliniensis Archiepiscopus accerrimus hujus censuræ Promotor unacum suo Socio Cameracensi Archiepiscopo in eo erat, ut Concilium Provinciale celebraret, in quo omnes

*Imago prima
Sæculi 1.6.
c. 4. p. 848.*

Hist. Eccles. Tom. I.

Ll

Epi-

Sæcul. XVI. Episcopi censuras suas ferrent, & Lessi
A.C. 1587. errores per universum Belgium proferri-
berent: hanc in rem Societatis Histo-
rici in suo libro, cui titulus: *Imago
primi Sæculi*, referunt, quod ipsorum
Adversarii ad eos divexandos, atque
ignominia, & pudore obruendos unice
intenti Episcoporum quamplurimos, &
non pauca Canonorum capitula, ut
censuræ per utramque Universitatem
latæ istorum auctoritate magis conspi-
cuæ redderentur, adversus ipsos instiga-
rint, atque Mechliniensis, & Camera-
censis Archipræsules jamjam suorum
Episcoporum, ac Suffraganeorum Con-
cilium decreverint, ut ibidem dogmata
ab utraque Facultate damnata dilucute-
rentur, & demum illis tanquam im-
piis Massiliensium, & Pelagianorum re-
liquiis per universum Belgium proscri-
ptis, hæc Societas de hæresi suspecta
damnaretur: hæc tamen Synodi non fuere
celebratæ: censuram enim Tfantelius
Cameracensis Decanus, necnon cele-
bris Stapletonius, aliique Doctores Duan-
censes non approbabant, atque ipse
met Mechliniensis Archipræsul mutata
priori sententia ad Jesuitas perscripsit,
quod iniquo ferret animo, ab ipsis hanc
altercationem inter Lovaniensem Aca-
demiam, & Societatem fuisse suscitam,
ac propterea Cuyckio suo Vicario Ge-
nerali

nerali præcepisset, ut huic controver-
 siae absque fori strepitu per amica col-
 loquia finem imponere satageret: sexta
 autem post arreptum hoc consilium die,
 seu decima nona ejusdem Mensis Middel-
 burgensis Episcopus Archiepiscopo hæc
 perscribat: „utinam hoc consilio jam
 „tum usus fuisses, cum Gravius Doctor
 „censuram exhiberet, ac priusquam
 „Cameracensem Archiepiscopum ro-
 „gasses, ut ejus opera Duacensis Uni-
 „versitas sese Lovaniensi Academiæ
 „jungeret: jam vero te demissus rogo,
 „ut utrique parti silentium imponas,
 „eo potiori nomine, quod sacra Sedes
 „hoc negotium ad suum tribunal evo-
 „casset.

§. XXII.

*Jesuitarum apologia adversus utram-
que Censuram.*

Enimvero Jesuitæ, cum funesta mala
 ex omnibus hisce dissidiis oritura
 præcognoscerent, supremum Societa-
 tis suæ Moderatorem, aliosque Ami-
 cos Romæ instigabant, ut summum
 Pontificem eo adigerent, quatenus hu-
 jus causæ cognitionem sibi soli refer-
 vare vellet: interea vero, dum ha-
 rum sollicitationum fructum præstola-
 rentur, Pater Costerus Societatis Pro-
 vincialis apologiam conscripsit, eamque

*Hist. Con-
 trov. de
 Auxil. l. 1.
 c. 8. p. 19.*